



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Pars Qvinta. De Bonis Traditis Tempore Corbeiensis Abbatis Avonis Anno  
878 Vel Seqventi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

TRADITIONVM CORBEIENSIVM  
PARS QVINTA,

QVAE CONTINET TRADITORES ET RES TRADITAS

TEMPORE REGIMINIS

ABBATIS CORBEIENSIS

**A V O N I S**

REGNANTE

HLVDOVVICO II,

AD ANNOS 878 ET 879.

TRADITIONVM CORBENSIVM

PARS QVINTA

QVINTA CONTINENT TRADITIONES DE REBUS

TEMPORIS REFORMATIONIS

AVASTIAE CORBENSIS

A. V. R. I. S.

REGENTE

HABBOVICO II.

AD ANNO 1632



§. 280.

Tradidit usq̄ pro filio suo goddescalco unam familiam in  
*horobus* (y)

§. 281.

(y) *Horobus* villa, in pago *Hessi Saxonico* posita, inuenitur in Registro nostro. In-De villa  
telligimus ergo indicari *Horobusen*, vicum adiacentem vrbi, quæ dicitur *Eres-*Horobus  
*burg*, quæque hodie appellatur *Stadtberge*, sita in principatu *Paderbornensi* in pago  
Vox *Hore* significat lutum, cœnum, terram humidam et huc illuc pedibus ver- Hessi Sa-  
fabilem. Ex nomine *Hore* adpellationem traxit mensis *Hornung*, vulgo *Februarius*, xonico.  
quasi lutulentus, quia solum tunc solet esse molle et cœnosum. Leibnitii coniectu-  
ra, nomen id deducens ex cornibus cervorum tunc decidere solitis, probabilitatis  
est vacua. In villa *Horobus* rex *Hludouicus* anno 900 concessit abbatiæ *Corbeiensi*  
mercatum et monetam, nec non potestatem accipiendi teloneum, vti sequentes  
approbant litteræ, quas ex autographo huc innectere volupe est. En eas.

**Q** In nomine scæ et indiuiduæ trinitatis. *Hludouicus* diuina fa-  
uente gratia rex. Si petitiones nr̄orum fidelium quas pro utilitatibus  
ecclesiarum d̄i nobis suggesserint ad effectum perducimus ad eternæ  
retributionis augmentum id nobis profuturum liquido credimus. Un-  
de nouerit omnium fidelium nr̄orum presentium et futurorum indu-  
stria qualiter per interuentum *uenerabilis* ac dilecti comitis nr̄i *cuon-*  
*radi* monasterium quoddam noua *corbeia* nominatum cui præest fide-  
lis noster *houo* abbas in nr̄am tuitionem ac mundiburde suscepimus et  
omnes concessionem seu donationem antecessorum nr̄orum eidem coe-  
nobio collatas nr̄a auctoritate firmamus atq̄. corroboramus uidelicet ut  
et immunitatē habeant ab omnibus publicis exactionibus et iudicialibus  
potestatibus homines eiusdem eccl̄iæ liti et coloni et rectores ipsius mo-  
nasterii in expeditionem cum suis hominibus ire non cogantur. sicut a  
nr̄is progenitoribus olim eis concessum fuisse constat. Sed et hoc pro  
nr̄e mercedis augmento ad eorum utilitates addere decreuimus ut infra  
ipsam abbatiā in uilla *horobusum* nuncupata. publicū eis liceat habe-  
re mercatū et monetam et ibi potestatem habeant accipiendi teloneum  
quod ipsorum *aduocatus* nr̄o exigat banno ab his qui illuc causa emen-  
di ueniunt intra *marcam* memoratę uille et montis *eresburg* nuncu-  
patę. Preterea quod ab exordio constructionis eiusdem monasterii a  
nr̄is antecessoribus concessum in eorum preceptis cognoscitur. nol  
quoq̄. iterum confirmamus. ut licenciam habeant fratres illius loci  
eligendi inter se abbatem dum ita res postulat quamdiu ad hoc ido-  
neam inter se personā potuerint inuenire. Et ut hoc nr̄æ auctorita-  
tis preceptum pleniorē in d̄i nomine obtineat firmitatem manu pro-  
pria subter firmauimus et anuli nr̄i impressione signari iussimus.

Q99 3

Signum

Ab anno  
878 vsque  
879. re-  
gnante  
Hludo-  
uico et

Signum domni hludouuici



serenissimi regis

Ernuulfus cancellarius ad uicem theotmari  
archicapellani recognoui et *fff*

Sigillum uide in  
Tab. V, n. 1.

Data III. iduum octobrium die anno incarnationis dñi DCCCC.  
indict. III. anno domni hludouuici I. actum triburial in dñi nomine  
feliciter. amen.

Sigillum, diplomati annexum, nunquam adhuc editum est. De eo est obser-  
uandum, placuisse *Hludouuico* infanti, ut ante eum iam Carolo crasso atque Ar-  
nolfo, figuram sigilli orbicularem, licet prioribus cæsaribus ac regibus ouiformis  
magis fuerit in deliciis. Vfus est etiam Hludouuicus scuto rotundo, cui vel sce-  
ptrum vel hastile vexilli insitit cum inscriptione: HLVDVICVS REX.  
Ipsam priuilegium datum est *Bouoni* abbati, procurante *comite Cuonrado*. Quem  
itaque dominum magnæ auctoritatis apud regem fuisse oportet. Putamus, eum  
esse *Conradum*, patrem *Conradi* regis, qui Hludouuico infanti in regia dignitate  
successit. *Venerabilis* ille nuncupatur comes sine ullo dubio eam ob causam,  
quod consanguineus erat Hludouuici regis, eo scilicet modo, quem supra §. 216  
ostendimus, nempe propter *Gberburgam*, *Erdagi* uxorem, regis *Hludouuici* I fi-  
liam. Post hæc scilicet anno 962 Otto M. incolis villæ nostræ *Horobusen* indul-  
sit eo iure uiuendi rationem, quo *Throtmannici*, id est, incolæ urbis imperia-  
lis Dortmund, sunt vsi; quale uero ius habuerint *Throtmannici*, ostendemus  
in *Historia* nostra *Corbeiensi* ex diplomate quodam præstantissimo, cuius autogra-  
phus in nostris manibus est. En autem ipsas Ottonianas litteras ex autographo.

**C**In nomine sanctæ et indiuiduæ Trinitatis. Otto diuina fauente  
clementia rex. Notum esse uolumus omnibus fidelibus nostris quod  
rogatu caræ prolis nostræ ottonis indulsum incolis uillæ quæ dicitur  
*horobusen* et; adiacens est urbi quæ dicitur *eresburg* eo iure uiuere et  
ipsa legitima habere per omnia quæ *throtmannici* habent nec tamen  
ulli aliæ potestati subiacere cum suis uiris ac legitimis nisi cui hæcenus  
paruit rectoribus scilicet monasterii quod noua *corbeia* uocatur ad  
honorem ac seruitium beatorum martyrum stephani atq; uiti. et ut hoc  
firmum sit et nulli post hæc præuaricari liceat anuli nostri sigillo iussi-  
mus signari atq; firmari manu nostra subtus signantef.

Signum



domni ottonis serenissimi regis

Liudulfus cancellarius ad uicem brunonis  
archicapellani recognoui et *fff*

Sigillum uide in  
Tab. I, num. 2.

data V. id. iun. anno incarnat. dñi DCCCCLXII. indict. V. regni  
autem serenissimi ottonis regis anno XXVII. actum in suosaz in dei  
nomine feliciter amen.

*Thrutmarum*, abbatem *Corbeiensem*, anno 1043 construxisse basilicam in  
villa *Horobusen*, iam supra §. 104. not. (u) didicimus ex eius litteris: atque Er-  
kenbertum, *Corbeiensem* abbatem, anno 1126 in eadem villa *Horobusen* mo-  
lendum dedisse in beneficium *Heinrico* comiti eiusque filio *Widekindo*, itidem  
supra §. 220 ostendimus e charta ipsius *Erkenberti*. Anno 1153 in eadem villa  
*Horbusen* *Conradus* miles, de *Nathesungen* dictus, duo molendina, quæ eius  
beneficium seu feudum erant, ecclesiæ resignauit *Corbeiensi*, testantibus litteris  
celebratissimi *Wibaldi* abbatis ecclesiæ *Corbeiensis*, quas infra dabimus §. 427:

*Conradus*, abbas *Corbeiensis*, porro ecclesiam S. Magni in nostra villa *Horbu-  
sen* anno 1176 tradidit ad supplementum præbendæ fratrum in *Eresberch*, ut  
testantur sequentes, ex originum litteris additæ, tabulæ.

In

**C** In Nomine sc̄e et indiuidue Trinitatis. *Conradus*. d̄i gr̄a Corbeien-  
sis eccl̄ie abbas omnib. p̄sentib. et fut̄is in perpetuū. Si utilitatib.  
seruoz d̄i paterna pietate p̄spicim⁹. & idigentia eoꝝ oportuna liber-  
tate subleuamus. n̄ solū deuotionē ipsoꝝ & beniuolentiā & assiduā ora-  
tionē nobis p̄parant sed et p̄piciationē d̄i & sc̄oꝝ ipsius facilius nos

guber-  
nante  
Corbe-  
ian  
Auone.

patrocina ipetraturos speramus. Inde est qd nos saluti aīe nostre con-  
sulare uolentes. & beato Petro principi ap̄loꝝ in monte *Eresberch*  
deuotionē nr̄am in aliquo demonstrare cupientes. quatinus p̄ eū ianuā  
celi ingredi meream. consilio fr̄m nr̄oꝝ Corbeiensū. nec n̄ & petitione  
ministerialiū & alioꝝ fidelīū nr̄oꝝ. eccl̄iam sc̄i Magni que sita est in  
uilla *horhusen*. tradidimus ad supplementū p̄bende fr̄m d̄o & beato  
Petro in monte p̄nominato seruentiū cum omni integritate & p̄nenti-  
tū suis. ita ut p̄positus qui ī monte fuerit eandem eccl̄iam sub pote-  
state sua habeat. postquā ab eo qui nunc eam habet clerico nr̄o

Conrado. seu uiuente adhuc. siue defuncto. libera extiterit. No-  
tū ergo uolum⁹ esse oib. eccl̄ie d̄i fidelib⁹. tam fut̄is quā p̄sentib⁹. qd  
hanc traditionē p̄fate eccl̄ie solēpnit⁹ fecimus ī capitulo Corbeiensī.  
corā cunctis fr̄ib. nr̄is. sup̄ reliquiis beati PetRI. de monte *Eres-  
berch*. quas p̄positus *Bruningus* p̄sentēs tunc habuit. & donationē de  
manu nr̄a suscepit. Nos quoq. sub stola nr̄a in eodē capitulo aucto-  
ritate pat̄. & filii. & sp̄s sc̄i & beati PeTRI p̄ncipis ap̄loꝝ. sub ana-  
themate int̄rdiximus oib. successorib. nr̄is. ne aliquis eoꝝ eandē

eccl̄iam a p̄fate monte auferre. ul aliquo m alienare p̄sumat. sed semp  
ī potestate p̄positi qui ibidē fuerit ordinanda ī perpetuū consistat.  
Ut aut̄ hec traditio nr̄a oib. futuris temporib. apud posterōs & suc-  
cessores nr̄os rata & inconuulsa p̄maneat p̄sentē paginā in testimo-  
nium factē a nobis donationis conscribi p̄cepimus quā sub<sup>o</sup> annotatis  
testib. sigillo nr̄o & eccl̄ie corroborari iussimus. Testes & p̄sentēs  
hi assuerunt. *Heinricus* prior. & *Randuig⁹* custos. *Thidic⁹*. *Wil-*

*celin⁹*. *Reinh⁹*. *Godescalc⁹*. *Adelb⁹*. *Abrahā*. *Siko*. *Lamb⁹*.  
p̄pos. marf. P. P. cantor  
*Meinhard⁹*. *Othelric⁹*. *Reinmar⁹*. *Thidic⁹*. *Frideric⁹*. *Rotholfus*.  
p̄posit⁹ hospital. infirma⁹  
*Vnarg⁹*. *Heinric⁹*. *Wernh⁹*. *Hartmann⁹*. *Rotb⁹*. *Albert*.  
cellerari⁹

*Bertholdus*. *Reinh⁹*. *Wizcelin⁹*. *Marquard⁹*. *Henholz⁹*. *Antoni⁹*.  
*Hereman⁹*. *Godescalc⁹*. *Widikind⁹*. *Conradus*. *Boluuin⁹*. *Hein-*  
*ric⁹*. *Heinric⁹*. *Meinuard⁹*. *Walther⁹*. *Arnold⁹*. *Herebordus*.

Pueri  
*Thietmar⁹*. *Iōhs*. *Vdo*. *Lutheuig⁹*. *Lindold⁹*. *Heinric⁹*. *Gunc-*  
laici  
*ther⁹*. *Iōhs*. *Conrad⁹*. *Heinric⁹*. *Alb⁹*. *Hartleuus*. *Conradus*.  
fratres senior iunior dapifer  
*Reinhard⁹*. *Heinric⁹*. *Willehelm⁹*. *Thidic⁹*. *Thidic⁹*. *Luidolfus*.  
*FRideric⁹*. *Heremfrid⁹*. *Arnold⁹*. *Hartman⁹*. *Bucko*. *folcuuin⁹*.  
*Erembr⁹*. *Wernhēf*. *Jōhs*. & alii multi.

Aē. Corb. ann. d. incar̄i. M. C. LXXVI. indictionē VIII. añ.  
p̄lationis dom. *Conradi*. abbat̄is XVI. die annunt. dēē.

Sigillum abbatis vide  
in Tab. V. num. 2.

Sigillum capituli vide  
in Tab. IV. num. 3.

Has litteras si consideramus, significare non possumus, qua fronte Nicol.  
Schatenius Tom. II. *Annal. Paderbornens.* p. 150. scribere potuerit: *Integerrimorum*  
*episcoporum semper fuit, religiosus ordo, languente clero, in subsidium*  
*vocare, atque omni ope et subsidio fouere: et nescio quid vanitatis et extincti diuini*  
*sp̄-*

Ab anno  
878 & que  
879 re-  
gnante  
Hudo-  
uico et  
guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Auone.

*spiritus obseruauerim in iis, quotquot sacrorum ordinum homines auersati, politici magis principis, quam sinceri episcopi munus sectari visi sunt. Ad hanc cleri et pastorum laborem subleuandum Otto (episcopus Paderbornensis) quoque ecclesiam S. Magni ex consensu archidiaconi Horbusani (anno 1283) dedit praeposito in Monte Martis, et religiosi ordinis S. Benedicti viris montem incolentibus; eo quod, languentibus scholis et clericorum studiis, intelligerent operam religiosorum sibi opportunam offerri. Nam venerabilis episcopus, Otto, infudit cineri aquas, atque inanem operam sumsit, ratus, adesse atque in archiuo Paderbornensi extare eiusdem episcopi litteras, quibus ecclesia S. Magni in Horobusen iuncta fuerit monasterio S. Petri in Eresburch. Quiuis profecto facile suspicari adgredietur, eiusmodi litteris nihil aliud fuisse quaesitum, nisi ut posteritati glaucoma obiceretur. Susplicamur autem, has litteras doctissimo Schatenio non fuisse ad manus. Probabile enim est, si vere haec existissent tabulae, Schatenium easdem producturum fuisse, utpote apprime facientes ad speciem iurisdictionis sacrae episcoporum Paderbornensium in monasterium Eresbergensi se propugnandam. In illa enim pertextenda iuris specie idem Schatenius ingeniosus et sagax fuit artifex, omnia summo corradens studio, quae Corbeiensibus aduersarentur. Immo interdum is ipsa diplomata ab Overhamo secum communicata, bullasque summorum pontificum adulterauit, si quando scilicet ea episcopo suo videbantur contraria. Id ipsum in *historia Corbeiensis* solide ex diplomatibus, ari incis, ostendimus. Posito autem eo, non concessio, Ottonem episcopum vere esse admissum, ut ecclesiam S. Magni traderet monasterio Eresbergensi, falcem misit tamen ille in alienam messem. E diplomatibus enim adductis patet, 1) villam Horobusen fuisse ditionis abbatiae Corbeiensis, et 2) eandem nullius alius cuiuscunque potestati subiacere, nisi rectorum monasterii Corbeiensis. Eapropter Corbeiensis bona, in *Horobusen* sita, in feudum aliis dederunt, alienarunt, et pro arbitrio venderunt. Fidei faciendae causa tabulas sequentes adducimus:*

Benedicti

Uniuerfis hanc lram uisuris et auditoris. Nos frater Theodericus dictus abbas et conuentus monasterii in *Breydelar* ordinis Cisterciensis paderb. diocef. notum facim<sup>9</sup> recognoscentes quod de omnium nr<sup>9</sup>um unanimi beneplacito et consensu curiam nr<sup>9</sup>am sitam in *horbusen* cum omnib<sup>9</sup> suis integritatibus qua a ludolfo milite Bodone et Ludolfo famulis filiis suis et eorum veris et legitimis heredibus iusto emptionis titulo perhenniter possidendam comparauim<sup>9</sup> quam a monasterio *Corbeiensis* ordinis sci Bndcti iure tantum modo tenuerat pheodali. Cuius ppetatem et dominium cum omnibus suis pntentis debitis iurib. solempnitatib<sup>9</sup> premisis a dco monasterio Corbeien. pro determinata pecunia ppetuo comparauim<sup>9</sup>. In corporalem ipsius possessionem legitime p ipsos immisi sicut in instrumentis super hoc factis plenius continetur. Considerantes igitur eorundem reuerendorum uirorum dni abbatis et totius capituli seu conuent<sup>9</sup> monasterii Corbeyen. circa nos beniuolentiam et affectum ex mera libertate gram eisdem facientes concessimus et per pntes concedimus quod quandocunq. a nobis petiuerint de sua ppa pecunia ad pprios tamen usus pro octaginta duab<sup>9</sup> marcis argenti examinati et probati eandem curiam ipsis vendem<sup>9</sup> quia tantam pecuniam exposuim<sup>9</sup> circa ipsius emptionem. Postquam uero memoratas octaginta duas marcas argenti absq. defectu nobis tradiderint et paganauerint literas ipsoz. sup dicta curia confectas ipis absq. contradictione reddem<sup>9</sup> lris tamen pntibus p ipos nobis restituis super quo ipsis literam hanc sigilli nr<sup>9</sup>i dedimus nec non sigilli honesti militis dni Stephani de *Horbusen* munimine roboratam. Ego uero *Stephan<sup>9</sup> de Horbusen* miles iam dcs ad preces religiosorum uiroru dni abbatis et conuentus monesterii in *Breydelar* in testimonium et robur eorum que superius sunt conscripta sigillum meum pntibus duxi apponendu. Datum anno dni M. CCC. XXXVI. in crastino bti vincencii martiris.

Comitem liberum, vulgari nomine Frigraue appellatum, constituendi in villa *Horobusen*, potestatem dedisse abbatiae nostrae imperatorem Carolum IV. iam supra ex eius litteris didicimus §. 147. Plura addere iam nolumus, alio tempore ea dicturi. Vide P. VII §. 289, (n).

— ) o ( —

TRA-